



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1860**

XVI. Liquidation der Kriegskosten, welche die Stadt Königsberg für den Markgrafen Woldemar in dessen Feldzügen bestritten hat, vom Jahre 1316.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55515](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55515)

Actum et datum koningeburg, Anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XIII<sup>o</sup>, in vigilia assumptionis beate marie virginis.

Aus dem Königsberger Copialbuche No. 42.

XV. Markgraf Woldemar bereignet der Stadt Königsberg die Hebung von zwei Wispeln aus der untern Heil. Geist-Mühle und drei Talenten aus dem Ruthenzinse, am 26. März 1315.

Nouerint vniuersi, quibus exhibitum fuerit presens scriptum, quod nos Woldemarus, dei gratia Marchio Brandenburgensis et de landsberch, dedimus et in sufficienti damus deliberatione dilectis nostris Communitati Ciuium in koningeburch proprietatem duorum chororum, in inferiori molendino sancti Spiritus in campo ibidem sito, et trium talentorum in Censu arearum Ciuitatis temporis perpetuis curibus possidendorum, renunciantes fructis eisdem pro nobis et pro tota nostri Posteritate presentium forma literarum. Presentibus domino Gunthero de keuerenberch nobili, henningo de Stegeliz et henrico decano Stendaligenfi, nostro capellano. Actum et datum Torgelow, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> Quintodecimo, in Crastino Annuntiationis sancte Marie virginis, sub nostro sigillo in huius proprietatis donationem liberalem euidentiam pleniorum.

Nach dem Originale des Königsberger Stadtarchives No. 14.

XVI. Liquidation der Kriegskosten, welche die Stadt Königsberg für den Markgrafen Woldemar in dessen Feldzügen bestritten hat, vom Jahre 1316.

Anno domini millesimo CCC<sup>o</sup> XVI<sup>o</sup> Nos Consoles ciuitatis koningeburch hanc summam pecunie dedimus ad gwerram domini nostri Woldemari Marchionis: primo pro brafeo, quod dominus marchio postulauit a nobis CCCC marcas leuium denariorum et presentauerunt Kunekino Rol, monetario in Zwet. Item in seruicio curruum perdiderunt XIII equos, quos compararunt pro XL tal. Brand. vno minus. Item dederunt III pernas, quas emerunt pro III talentis Brand. Item pro allecibus et strumulo XVIII tal. Brand. leuia. Item in eodem seruicio serui consumpserunt VI tal. leuia. Item cum expugnaretur castrum zwanow, emisimus III currus, in illa reysa tunc serui consumpserunt III tal. leuia. In eadem reysa dominus Botel aduocatus accepit vnum equum Ciuitati estimatum pro III tal. Brand., quem dedit cuidam famulo, dicto stange. Item cum dominus noster marchio circumvallasset ciuitatem Woldegge, postulauit a ciuitate XL choros filiginis

et quinquaginta plaustra cereuisie, pro quibus dedimus CC tal. Brand. minus XX tal., et prestiterunt domino Ebellino de viddechow. Item post conuersionem sancti pauli pro uectura quadam postulata dedimus XL talenta leuia, que prestiterunt domino Ebellino de viddechow. Item in medio quadagesime dedimus pro itinere expeditionis VI tal. Brand., que prestiterunt Wendekino. Item supra festum Johannis dedimus decano de stendal CCC tal. leuia VIII tal. minus pro sili-gine et cereuisia. Item iuxta assumptionis sancte marie festum perdidimus supra torgolow I equum, estimatum pro III tal. Brand., et unam pernam pro talento. Item dedimus LX tal. Brand. iuxta martini domino henrico de stegeliz et domino benningo de blankenburch, In prinflauia, pro XXX choris brasii. Item XL marcas argenti dedimus cruskino in die sancti Nicholai. Item in expugnatione castri Wronic VI tal. Brand. Tota summa hec est VIII<sup>c</sup> Brand. et XXXIII<sup>l</sup> Brand. talenta.

Nach dem Originale des Königsberger Stadtarchives No. 15.

XVII. Markgraf Woldemar verleiht dem Jacob Rudolphi in Königsberg vier Hufen in Berne-kow, am 20. Februar 1317.

Nouerint vniuersi, Quod Nos Woldemarus, dei gracia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, dimissimus et presentibus litteris conferimus Discreto viro Jacobo, Rodolphi dicto, cui nostro in konyngesberg, et suis veris heredibus quatuor mansos, Adiacentes ville Berne-kow absque precaria et quolibet seruicii et grauaminis onere nunc et perpetuis temporibus libere et plane pacifice possidendos. Pro predictorum vero mansorum precaria et curruum seruiciis Idem Jacobus pro se et suis heredibus in parata pecunia persoluit nobis VIII marcas Brand. arg. et ponderis, de quibus ipsum et suos heredes presentibus quitum dicimus et solutum. Predictis eciam sic adiectum, quod predictus Jacobus, si decreuerit, huiusmodi mansos vendere, poterit ea libertate et jure illo, quemadmodum superius est expressum. In premissorum vero euidenciam sepedicto Jacobo presentes litteras dedimus nostri Sigilli munimine firmiter roboratas. Datum Tanger-mund, anno domini Millesimo Tricentesimo Septimo decimo, Dominica Inuocauit, presentibus nostris fidelibus dominis hassone et wedegone de wedele, Ebelone de viddegow, militibus, Thiderico, Segero et Euerhardo, Grandzoyensis, stendaliensis et stolpenfis propositis, cum pluribus fidei testimonio decoratis.

Nach dem Originale des Königsberger Stadtarchives No. 16.